Turrecremata, Johannes de: Quaestiones Evangeliorum de tempore et de sanctis. Add: Nicolaus de Byard: [Dictionarius pauperum] Flos theologiae sive Summa de abstinentia
[Reutlingen: Michael Greyff, not before 1480] 



Scio opa tua. glo. quia queris humanā laudem. Et paꝝ post. Non inuenio opa tua plena coram domino deo meo. quia sine caritate nihil reputata sunt. Stultū est seminare auenam ⁊ expectare triticum. seminare ventū ⁊ expectare fructum. O∫ee. viij. Uentum seminant ⁊ turbinē metent. Aggei. i. Seminastis multū ⁊ intulistis paꝝ vane laudis que nihil est. Nota si aues non capiunt̄ glutino vane laudis vel tentatōis. tamen aliq̄d dimitunt ibi de pluma ⁊ aliquid pdunt. Item stultum est colere spinas vel tribulos ⁊ expectare racemos. Math. vij. Nunquid colligunt de spinis vuas ⁊c. Intentio bona ē q̄si fundamentum boni operis. quia si intentio bona est opus bonum est ⁊ durās Sed quidam faciunt fundamentum de palea vane laudis. ⁊ ideo non tenet. ysaie. xxviij. Posuimus mendaciū spem nostraꝫ. ⁊ mendacio protecti sum⁹ scꝫ falsi opis. sicut nuncii qui portant arma regis in pixide picta nec int⁹ habent litteras vel signū dn̄i sui. ⁊ ideo non credit̄ eis. Isti sunt hypocrite q̄bus non credit̄ in iudicio quando libri aperti erunt. ⁊ tunc littere eoꝝ. i. opa falsa apparebunt ⁊ dicet̄ eis. Nescio vos quia signum meum. i. intentionē meā rectā non habetis. ⁊ iō vt falsarii ꝯburent̄ in eternū.

De Odio ꝓximi

Magna fatuitas est odientis qui non vult dimittere parum debitum vt ei dimittat̄ magnum. Si aliquis deberet centū marchas ⁊ ei deberent̄. x. solidi. stultus esset si non vellet dimittere paruum debitum vt illi magnum dimitteret̄. Sic sunt illi qui paruā iniuriam sibi factaꝫ nolunt dimittere ꝓximo vt eis peccata sua dimittant̄ a deo. Exemplū de seruo nequā. Math. xviij. Oreꝫ. Alijs ꝑ ieiunia ⁊ graues penitentias peccata dimittunt̄. tibi aūt si non memineris qd̄ tibi factum est. Itē mira insania odientis qui vult se occidere vt asinū hostis sui occidere possit. Si aūt expectet dn̄m ipse plene iudicabit hostem eius infernali patibulo affligendo. Prouer. xx. Ne dicas. reddam malū ꝓ malo. expecta dn̄m ⁊ liberabit te. Item stultus ē ille qui cum aliq̄s abstulerit sibi aliqua. ipse in vindictam eius ꝓijciet ea q̄ sibi remanserunt. scꝫ grām ⁊ innocentiā Abstulit sibi terram ⁊ ipse sibi aufert celum. de vno damno facit duo. imo multa. Seneca Ridiculū ē odio nocentis innocentiam perdere. Item maledictōꝫ tibi acquiris vt dicit Athanasius. si non dimittis iniuriā que tibi facta est. non orōne ꝓ te facis. sed maledictionē super te inducis Aug. Unusquisq̄ꝫ talem indulgentiā accepturus est a deo. qualem dederit ꝓximo Seneca si merito te obiurgauerit aliquis. scito q2 ꝓfuit. si non merito. scito q2 ꝓdesse voluit. Non acerba sed blanda verba timebis. Item si aliquis haberet fratrem insanuꝫ qui ei alapam daret vel conuitiū diceret. ⁊ ob hoc se occideret. ipse plus dolere deberet q̄ frater insanus sibi faceret q̄ de eo qd̄ ab eo sustineret. sic qui iniuriam patit̄. magis dolere debet de peccato iniuriantis q̄ de iniuria sibi illata. Ideo dicit dominus Luce. xxiij. Pater ignosce illis. quia nesciunt quid faciunt Item non debet aliquis indignari si cecus in eū impingat. sed sibi potius irasci debet quia ab eo non cauet. Uelut cecus ē homo iratus vt dicit̄ Iob. xvij. Caligauit ab indignatōe oculus meus. Itē magna stulticia ē odire

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-179/0218
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG